

26. K

37

47

RECTOR
ACADEMIÆ FRANCOFUR-
TANÆ
FRANCISCUS
OMICHIUS,
Artis Medicæ Doctor & Pro-
fessor P., & Facultatis Senior

Ad sollemnem panegyrim.

In quâ

Excellentissimus, Consultissimus & CL. Vir

DN.

MATTHÆVS COLDE-

BACIUS, U. J. D. & Codicis P. P. & p. t.

VICE-DECANUS

Viro Doctissimo & Præstantissimo

Dn. WILHELMO WULCKOVIO

Ulysséâ - Luneburg.

A. d. XV. Kal. Sept.

Summos in utroque jure honores, & Doctrinæ
insignia conferet

Omnes reipub. literariæ cives invitat.

M. DC. XXIII.

EXCUDEBAT

FRIDERICUS HARTMANNUS.





Pud Philologū

Chæronéum scriptum
in vitis comparatis est, Alexandrum Macedonem, quem facta magnum, fortuna penè fecit ebrium, Atheniensib. aliquando pacem hac lege obtulisse, si Ora-

tores sibi dederent : sed Demosthenem, unum ex decem illis, vel octo, qui deposcebantur, cui fraus subolebat, dissuasorum & ostensorum, pacem cum illo factam, non fore pacem, sed servitutis pactionem, retulisse apologum de lupo, pacem cum ovibus facere volenti, si canes obsides darent. Lupo nimirum Pellæum assimilabat Orator juvenem : qui felix orbis prædo, & ut Seneca scripsit, à pueritiâ latro, gentiumq; vastator, & tam hostium, quam amicorum erat pernities; ovibus populum Atheniensem , cui δυσβλίαν θηχώειον, læva & stulta consilia fuisse vernacula fabula innuit; quā quod ille male statuisset, Minervam urbis præsidem non mutasse quidem, bene tamen vertere consueisse proditum est: canibus denique Oratores, quī tū populi rem curabant, & pro libertate ac salute ejus, cui Macedonum Reges velut speculâ quadam insidiabantur, excubabant. Haut ab similiter Alexandro faciunt, qui pacem quidem cum legibus habere, earumque auctoritatem sartam teatam, ut ajunt, ab omni detimento conservatam volunt: legum autem interpres, jurisque consultos ex Principum aulis, rerumpib. curiis, & finibus humanæ naturæ exterminatos cupiunt. Quorū si superior discedit & prævalet sententia: quid aliud eventurum speremus, quām ut custodibus legum remoris, lupis & prædonibus in aliorum fortunas, vitam & famam inhiandi & involandi, pacem publicam frangendi, quietem singulorum turbandi, cædibus, stupris & libidinibus omnia complendi licentia detur: & ad omnem nequitiam ac furorem fenestra patefiat? Sicut enim sine legibus, que, teste Isidoro factæ sunt, ut earum metu humana coherceatur au-

dacia:

dacia:tutaque sit inter improbos innocentia : & in ipsis improbis
formidato suppicio nocendi facultas refrenetur , civitas stare
non magis quam corpus sine animâ potest: ita leges & jura con-
stare nequeunt:nisi sint aliqui juris & legum periti, per quos pos-
sint quotidiè in melius produci. Nam cum non in singulas perso-
nas, sed generaliter cōstituantur:nec tam diligenter scribi possint,
ut exsertim omnes casus, qui plerumque etiam accidunt, comple-
ctantur:inde fit, ut de his, quæ primò constituta sunt, aut interpre-
tatione aut constitutione optimi Principis certius statuendum sit.
Hūc namque soli datum est, ut condere & tueri , ita etiam inter-
pretari leges, quarum nō est certa sententia, & producere ad alios
casus, in quibus eadem ratio vel major idem jus non suadeat:qui
ramen ut magistratibus inferioribus leges tueri, & debitæ execu-
tioni mandare; ita juris quoque & legum peritis easdem interpre-
tari , & ad usum societatis humanæ accommodare permittit. Du-
plo enim magis hī vident: & certius judicare possunt, quam idio-
ta aliquis aut legum imperitus , quantumvis ingeniosus : cum &
naturali sapientiā judicio, quod cum legum i[n] g[ra]m[ar]o habent commu-
ne:& à legibus confirmato, qno ille destituitur. Movit hoc Alex-
andrum Severum, ut non solum, si juris questio incideret, doctos
saltem & literatos in consilium adhiberet : sed nullam quoque
constitutionem sacraret sine XX juris peritis. Movit Adrianum
Imperatorem, ut cum ab eo viri prætorii peterent de jure respon-
dendi facultatem, quam à se peti Augustus, quod major juris aucto-
ritas haberetur, constituerat : rescripsit eis, hoc non cuivis pe-
tent, sed merenti præstari solere: & ideo , si quis fiduciam sui ha-
beret, delectari se , si populo ad respondendum se pararet. Etsi
autem, ut blandi olim Oratores in repub. Atticā crebrō tribuni-
tiis flatibus seditionum pelagus impellebant, & urbem in sum-
mum s[ecundu]m discrimen, bella non necessaria, & quibus vires popu-
li impares erant, movendo, adducebant ; ita forenses rabulæ non
rarò caninā suā facundiā, & sanguinante, ut ille ait, loquentiā mult-
ta rebus pub. damna injungunt: dum lites ex litibus serunt, cives
deglubunt , respub. depeculantur , & indoctum judicem novis
subinde cavillationibus iudificantur : quam ob caussam craclicus

Papier sis

Papiensis & libellorum architectus eos, qui leges & decretales discant, homines cavillosos esse dicit: sicut Tullio & Senecæ opera dantes, virtuosos, medicinæ, gratiosos, Theologiarum, devotos: tamen causarum concinnatores, vel, ut Ammiani verbo utar consarcinatores à justiciæ sacerdotibus, rabulas ab advocatis, quorum laudabile vitæque hominum necessarium officium principalibus præmiis remunerandum Imperator censuit, vultures denique togatos & numivoros caussidicos à veris Juris-consultis longè discriminandos esse nemo non novit, qui novit,

quid distent æra lupinis.

Tralatitium quoque est, & pueris etiam septuennib[us] notum, usui artis abusum immane quantū dispare: nec propter abusum rem bonam in crimen vocandam esse, aut damnandam. Quod si mali Jurisconsulti, ut vetus habet verbum, zonam non suam, sed alienam perdunt: non magis id vitio verti veris debet, quam Medicis bonis & Theologis: quod mali medici sanitatem, corpus & non raro vitam ipsam, Pseudo-Theologi autem, quod longè deteriorius, aliimas hominum perdant. Sit igitur in pretio, ut usque ante hac semper, ita etiam deinceps juris legumque prudentia: quippe cuius beneficio, ut in authenticis scriptum est, maximè fit, ut patria tutò habitari possit, & propriæ facultates securè retineri: præmiis simul & honore adficiantur Themidis cultores, & legalis sapientiæ Candidati: quos inter familiam apud nos hodie dicit CL. & Præstantissimus Vir, Dn. WILHELMUS WULCOVIUS, in venusto & opulento Ducatus Luneburgensis opido Ulsâ natus, Electoralis Curiæ in Neomarchiâ Advocatus Ordinarius. Hic posteaquam ad eam ætatem adoleverat, ut diligendo vitæ genere utiliter judicare posset: non desultoriâ levitate præcipitem se dedit in vitæ aliquam rationem, priusquam sibi notus esset ipse: nec rursus ita in diem ex die rem distulit, ut cunctantem & deliberantem senium aut mors occuparet: sed mature apud animum cogitavit, quodnam institutum ingenio suo accommodatum sumeret. Itaque tametsi in Ægypto olim nulli opifici aliam artem discere aut exercere licebat, quam paternam: qui mos hodieque apud Sinas est: tamen, ut vetus est apud

A. 3.

Hispanos

Hispanos scitum, artes inter heredes non dividi: ita WULCOVIUS,
non ad quæsturam, quam Parens ipsius naturalis & legitimus
MARCUS, Berowaldiæ ex novâ Marchiâ oriundus, in Ducum Lu-
neburgensem arce Bodenticensi cum laude gesserat; nec ad Theo-
logiam, ex quâ vitricus, Dn. GEORGIIUS OETZMAN-
NIUS, cui post mortem patris mater MAGDALENA ex an-
tiquâ & Senatoriâ WEIDEMANN ORUM familiâ orta nupserat,
Specialis in Duc. Luneb. arte Colossensi Superintendens, nomi-
nis celebritatem consequutus est; sed ad juris-prudentiam, illam
generis humani patronâ, civitatis oraculum, & divinæ mentis ac
voluntatis interpretem, animum applicavit, eique totum se dedi-
dit. Isti fini, cum mediocrem liberalium artium, sine quibus juris
latifundia ingredi, est scapham non in portum, sed in altum teme-
re ducere, & cum morione illo ex infimâ strue ligna, quæ moveri
sine negotio non possunt, revellere potius, quam singula ordine
tollere, in scholâ patriâ, & Magdeburgensi, Hildesheimensi &
Halensi Gymnasiis, ductu M. Joachimi Goëtzi, & M. Sigismundi
Eveni, cognitionem sibi comparasset, academiam Julianam, quæ est
Helmæstadii, primo adiit: unde nō multò post vitrici & propinquo
rum consilio Wittebergam migravit. Hic & privatâ D. Christia-
ni Crembergeri, cui suos in jure profectus maximam partem acce-
ptos fert, & publicâ V. G. Forsteri, L. Recmanni, B. Reusneri, W.
Hirschbachii, Antecessorum Juris celeberrimorum, institutione
triennium usus, & in pluribus collegiis privatis vires ingenii pe-
riclitatus est: tantosque in studio juris progressus fecit, ut honori-
fico testimonio dimitteretur. Nam Medici suasu, ut aerem muta-
ret, triennio Wittebergæ exacto Lipsiam secessit: ibique præstan-
tissimis Legum Antistitibus operam dedit: sed urbe & academiâ
illâ paullò post relictâ ante quadriennium, & quod excurrit, ad
nos venit: jus civitatis literatæ Pro-Rectori Viro CL. Dn. M.
THEODORO EBERTO S. Linguæ Professore P. adeptus, & in album
studiosorum relatus. Ab eo tempore, ut specimen profectuum
suorum ederet, Præside D. JOANNE NEANDRO, Excellentissimo &
Consultissimo Viro, publicè de Emptione-venditione differuit; &
in sequente anno sub præsidio Amplissimi Viri, Dn. MATTHIAE
POLENII,

POLENII, de beneficiis fidejussionum, & S.C. Vellejano. Primâ di-
putatione habitâ, cum palam omnibus fecisset se prius didicisse,
quam alios docere vellet, potestatem aperiendi collegii ab Am-
plissimo JCtorum Ordine sibi dari petiit, & nullo negotio
impetravit. Aperuit itaque collegium, uti vocant, lectorium: & in
magnâ, tantâ certâ quidem, ut nonnulli subinviderent, frequen-
tiâ Institutiones Imp. privatim explanavit: quo ad finē perducto,
alia tria instituit: tandemque rogatu auditorum Institutiones ad
usum hodiernum accommodare adgressus, & viginti disputatio-
nibus complexus est: quæ anno ab hinc secundo publici juris fa-
ctæ testimonium præclaræ eruditionis ei perhibuere, & occasio-
nem ad famam hominum profluendi dedere. Postea cum intelli-
geret juris studium non intra privatos parietes continendum, aut
solâ theoriâ terminandum; sed ex umbrâ in pulverem atque So-
lem educendum, & ad coniunctum civilis societatis usum appli-
candum esse: dimisis, qui fidei ejus commissi erant, nobilibus a-
dolescentibus, & nuncio privatis collegiis misso, in forum sese
contulit: *Castrinum*, ubi Electorale Neomarchiæ Dicasterium
est, nobilissimis, omnique doctrinæ genere excultissimis, & sum-
mo rerum usu exercitatissimis, atque omni laude clarissimis Ad-
sessoribus adfluens, concessit. Hic rudimenta legalis scientiæ ita
depositum dicam: an adeptæ prudentiæ & ingenitæ modestiæ speci-
mina intra annum tot ac tanta dedit: ut & Magnifici Dn. Can-
cellarii, cæterorumque Septemviralium Senatorum benivolentia
non vulgarem sibi conciliârit; & magnam, quâ nobilium,
quâ aliorum clientum turbam undique adfluentem ad se al-
lexerit. Quæ quidem res inter alias effecit: ut testimonium sibi e-
ruditionis legalis intra septenniū adquisitæ publicū, & Amplissimi
Juris-consultorum apud nos Ordinis judicium petendum esse
duxerit: cuius etiam consequendi, post accuratâ examina publica
& privata, in quibus pulcherrimè stetit, spes ipsi facta est certissima.
Quæ ne ipsum falleret, aut diutius moraretur: decrevit ante fatus
Ordo laudatissimus crastino die promissis satisfacere, & fidem
suam liberare: Spectatissimoque & Consultissimo Viro, Dn.
MATTHÆO COLDEBACIO, Codicis Professori P. Collegæ nostro
honorando,

honofando, post licentiam à Serenissimo Electore Brandenburgico, Domino nostro Clementissimo, & Conservatōre academiae huūis munificentissimo, humilimē petitam & impēratam, potestatem fecit summum in utroque Jure, Canonico & Civili, gratiā Cl. Willcovio in templo Cathedrali, ut consuetudo habet ad probata, quod bene ac feliciter vertat, conferendū. Officij itaque, quod impræsentiarum gerimus, ratione amante reipublīcā rariæ cives, omnes & singulos, oratum volumus aut castino die, post horam septimam, in loco renunciationi honorum destinato frequentes convéniant: actui sollemni intersint: suāmque Magistrati legitimo obedientiam, Ordini Amplissimo observantiam, Candidato præstantissimo, eidemq; Sponso ornatisimo humanitatem & benvolentiam probent. Eadem operā seniores recordatione honorum, sibi olim aut nuper virtutis & doctrinæ merito collatorū, sese delectent: juniores spe orundem, sibi propediem cōferendorum, ad majorem diligentiam sese exsuscitent: omnes præpotenti Deo pro Ecclesiæ in his oris conservatione, pro felici Serenissimi Electoris nostri gubernatione, pro clementi Illustrissimæ domus Brandenburgicæ protectione, pro aurea harum regionum pace, & academiae tranquillitate hactenus quidem concessā gratias agant: dein ceps verò concedendī vota faciant. Votis enim iam opus est, ut fata imminentia avertamus! Nam, ut verē Brettana Siren cecinit,

*Ipsa etiam quamvis adamanti incisa ferantur, alio
cum petimus, cedunt fata severa Deo.*

*Quod reliquum est, ex Dei voluntate, & reipublīcā utilitate vivite:
ex sententiā valete.*

M. C. N.

Ja 666

ULB Halle
002 177 021

3



sb-200

Von MC





Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Red

Magenta

White

3/Color

Black

8
7
6
5
4
3
2
1
Centimetres
Inches

37
49
TOR
RANCOEUR
E
ISCUS
HIUS,
Doctor & Pro-
ficitatis Senior
negyrim
issimus & CL. Vir
S COLDE.
Codicis P. P. & p. t.
ANUS
restantissimo
WULCKOVIO
neburg.
. Sept.
honores, & Docturæ
feret
iæ cives invitat.
XIII.
BAT
RTMANNUS.

